

publicum Instrumentum, Acta fuerunt hec ytærstabrandholme apud Thinganæs vpsalensis diocesis, anno, die Indiccione et pontificatu predictis, Presentibus nobilibus et discretis viris, domino nicolao abyornsson, milite, Birgero Algutzson armigero, fratre ødhino priore stokholmensi ordinis fratrum predicorum, Laurencio Hemmingi canonico arosiensi, Ingimundo in Tyllinge, Carolo benedicti in dülsbo cüratis vpsalensis diocesis, et quampluribus aliis fidedignis tam clericis quam laicis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, quorum testium supraproximo nominatorum sigilla, vna cum sigillo dicti reuerendi patris domini episcopi arosiensis, et sigillo ipsius domini nicolai abyornsson militis, ad prefati domini decani requisicionem et instanciam ob defectum sigilli proprii ipsius domini decani, quod in regno suecie predicto, non asseruit se habere, in euidentiam et certitudinem omnium premissorum, presenti Instrumento publico sunt appensa.

ET Ego Borchardus Johannis presbiter. Lundensis diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius, compromissi huiusmodi vallacioni Juramenti prestationi, ac omnibus aliis et singulis supradictis, dum coram prefato domino Archiepiscopo et testibus supranominatis agerentur et fierent, presens fui, eaque sic fieri vidi., et audiui, et ea manu propria conscripsi, signumque *) meum solitum et consuetum apposui rogatus et requisitus per prefatos dominos episcopum et decanum, in testimonium omnium premissorum.

Sigillen borta, 4 remsor kvar.

4082.

1346 d. 3 Juni.

Domprosten NILS MAGNUSSON i Strengnäs testamenterar till Strengnäs domkyrka, der han väljer sin graf, 5 markland i Stenby, Märinge, Bresshammar, Finninge alla i Strengnäs socken, Roteby i Wansö och Frölinge i Gamlaklosters (Fogdö) socken, med vilkor att domkyrkan skall lemna den ständige Vikarie, han der anställer, årligen 40 mark penningar och underhålla det kapell han i kyrkan uppfört; — gifver vidare till samma domkyrka ett markland i Hälleby, Wansö socken, Årby i Gamlaklosters socken och Norrby på Thosterön för sin årsbegängelse, om hvars anordnande han meddelar föreskrifter; — förklarar att, i den händelse Biskopen eller Kapitlet skulle upphäfvva hans anordningar, de nämnda godsen skola tillfalla Upsala domkyrka; — bestämmer den af honom insatta Vikariens åligganden; — gifver 5 örtugland i Rosöga, Livæhærads (Härads) socken, till Wårfruberga kloster för vigilier och själa-messor; — samt förbehåller sig och sina arfvingar jus patronatus till den vicaria han stiftat.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

IN nomine domini Amen & cetera. Dum corpus sanitate viget, mens interior in semetipsa collecta. pleniori vtitur ratione, quia non cogitur, id

*) Notariens signum är en sexuddig stjerna inom en dubbelcirkel, deröfver ett likarmadt kors, allt hvilande på en fot med fyra trappsteg, på hvilken står: "B. johannis."

cogitare quod dolet, Vnde tunc vltimum iudicium voluntatis in quo tranquille mentis vsus exigitur rationis salubrius prouidetur Idcirco Ego Nicholaus magni prepositus strenginensis, corpore sanus et mente compos condicionis humane, ineuitabile uolens debitum preuenire, bonorum meorum michi diuinitus collatorum, dispositionem per presens testamentum facio in hunc modum, Videlicet Ecclesie strenginensi, a qua me multa bona recepisse recognosco, vbi corporis mei eligo sepulturam, quinque marchas terre, in villis inferius annotatis. jn stenby. duodecim oras terre. in mæringe duas oras. cum vno solido et quinque denariis briizshamer sex oras. insula thooster finnungum iuxta strengnes quinque oras cum dimidia. jn rotaby. vndecim oras cum vno solido parochia wanzsø et frølinge III oras parochia gamblaklooster titulo donacionis perpetuo relinquo, possidendas. sub condicione que sequitur, quod ipsa Ecclesia strenginensis, ad tradendum vicario perpetuo quem inibi constituo, quadraginta marchas vsualis monete, de qua quidem moneta marcha argenti sub pondere stokholmensi valet quinque marchas, Et ad reficiendam, seu reparandam capellam quam in eadem ecclesia construxeram in parietibus seu tectis, aliisque quibuslibet necessariis perpetuis temporibus sit astricta, Item Ecclesie strenginensi lego vnam marcham prediorum in locis situatorum infra-scriptis scilicet. jn hellæby parochia wanzsø sedecim solidos terre, arby septem solidos cum tribus denariis parochia gamblakloster. jn norby. insula thooster prope strengnes vnum solidum, cum domibus et singulis pertinenciis, istorum prediorum, et supradictorum. pro anniuersario meo in dicta ecclesia annis singulis faciendo, quorum prediorum fructus et prouentus, taliter volo. ordinari et distribui, quod prepositus ecclesie strenginensis si vigiliis et misse, in die anniuersarii mei interesse voluerit dimidiam marcham denariorum percipiet et quilibet canonicus eiusdem ecclesie vigiliis et misse vt premittitur interesse volens, duas oras, et quilibet sacerdos choralis qui vigiliis interest et in mane celebrat, vnam oram habeat, quilibet eciam frater predicatorum in conuentu strenginensi existens. et missam pro defunctis celebrans vnam oram campanarius eciam eiusdem loci pro pulsu campanarum, aliisque suis seruiciis, in die dicti anniuersarii mei prestandis. vnam oram denariorum habeat et siquid super-fuerit christi pauperibus erogetur, Si autem contingat quod absit dominum meum strenginensem. seu eius capitulum istam voluntatem meam seu ordina-cionem in toto vel in parte infringere vel mutare, extunc volo, quod pre-dictorum prediorum donacio, seu testamenti legacio, voluntate mea superius expressa seruata in perpetuum, ad ecclesiam vpsalensem deuoluatur longi temporis perscripcione (!) predictæ Ecclesie strenginensis, seu quauis alia cautela non obstante Volo eciam vicarium perpetuum, quem in ecclesia strenginensi

instituo ad interessendum principalibus horis chori et ad dicendum, tres missas, singulis septimanis pro anima mea et parentum meorum perpetuo esse obligatum Item, do et lego, monasterio sanctarum monialium in monte beate virginis, quinque solidos terre, villa dicta roosøghæ parochia liuæhæradh ita quod conuentus ibidem vigiliis in vesperis precedentibus et ipso die anniuersarii mei missam pro anima mea et parentum meorum cum nota in choro dicere teneatur, michi vero vsum fructum in predictis quinque solidis terre retineo quo adiuuo (!). Volo insuper vt penes me et heredes meos, ius patronatus remaneat in perpetuum in supradicta vicaria. presentandi vicarium cum vacabit, Acta sunt hec Anno ab incarnatione eiusdem, Millesimo, CCC^o. XL^o sexto in vigilia pentecostes, In quorum testimonium, et maiorem euidentiam Sigilla venerabilium patrum, dominorum meorum, dominorum Hemmingi archiepiscopi vpsalensis, Sigmundi strengnensis Episcopi, fratrum meorum dilectorum. Ingiualdi concanonici mei. byrgeri magnusson laurencii magnusson militum. Nicholai ionsson, et karissimorum fratruelum meorum Magni finuidsson, et arnuidi hakonsson vna cum meo, presentibus peto apponenda.

Sigillen: N:o 1, 6 borta, remsorna kvar; N:o 2, Biskop Sigmunds; N:o 3, Kaniken Ingevalds och N:o 4, Birger Magnussons (leopard och half lilja i en klufven sköld); N:o 5, Lars Magnussons (blott hjälm); N:o 7, --- GNI VINN --- (skölden bortfallen); N:o 8, Arnvid Hakonssons (likt N:o 3); N:o 9, Domprosten Nils Magnussons, andligt.

4083.

Odat. *)

Domprosten NILS MAGNUSSEN i Strengnäs utfärdar ett nytt testamente, hvori han stadfästar den i det föregående (N:o 4082) gjorda dispositionen af 6 markland jord till Strengnäs domkyrka, samt tillägger ytterligare, för sin årsbegängelses firande, 27 örtugland i Tuna på Selaön, Gesta i Thoresunds och Skälby i Härads socken; gifver vidare samma kyrka 20 skeppund koppar till förfärdigande af ett vigvattenskärl, samt gods, penningar, silfverkärl, böcker, kläde, kreatur, vax m. m. till uppgifna personer, kyrkor och kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

In nomine domini amen. Ego nicolaus magni prepositus strengnensis sanus mente et corpore in primis volo ut omnia et singula in testamento meo priori in quo ecclesie strengnensi sex marchas terre pro fundacione vnus vicarie et distributionibus anniuersarii mei. legauit inibi faciendis. rata et firma permaneant prout in eodem testamento ad plenum continetur.

ad

*) Då detta odaterade testamente till en del åberopar det föregående af den 3 Juni 1346, och i öfrigt är att betrakta som en fortsättning af detsamma, har Utgifvaren ansett sig böra låta båda dokumenterna här ingå i Diplomatarium. Det nya testamentet kan icke vara skrifvet senare än 1350, hvilket är den här omnämnde Biskop Sigge i Skara afled.